



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo  
Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

Svmmarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

qz.n.22. Menoch.de Arb. Iud. lib.2. n.12 An Tertiaria teneantur ad solutionem  
centur. & casu 387.n.24. & 25. Farinac. var. question. quest. 20. n. 128. 13 An possint Regulares huiusmodi  
per l.3. S. Diuus ff. de sepul. viol.

71 An verò missus in exilium ab ali-  
qua Ciuitate possit mortuus duci  
ad sepulturam illius Ciuitatis?  
Resp. non posse Farinac. quest. 20.  
n.130. in fin. Lauor. vat. elacubrat.  
tom.1. tit. 2. cap. 11. n. 14.

Huiusmodi enim pena etiā post  
mortem manet, nec licet eum in-  
dè transferre alicubi, & sepelire  
inconsulito Principe l. si quis in In-  
sulam ff. de Gadau. punit. impetranda  
est igitur licentia à Principe,  
quæ inf' huiusmodi casibus negari  
non debet l. 1. ff. eod. Farinac. & La-  
uor. locis citatis.

## S V M M A R I V M .

- 1 Quid sit quarta funeralis.
- 2 In quo consistat quarta funeralis.
- 3 Non debetur de candelis, quas in  
manibus gestant religiosi, neque  
de Cereis Confraternitatum.
- 4 Quid veniat sub nomine funeraliū  
& num. 5.
- 6 Quid si defunctus sepeliatur in  
oratorio Confraternitatis.
- 7 Locorum consuetudo attenditur  
quo ad quantitatem quartæ fune-  
ralis.
- 8 An Regulares teneantur soluere  
huiusmodi quartam, & n. 9.
- 10 Solutiones ex causa huiusmodi  
quarte à Monachis particulari-  
bus factæ non præjudicant mona-  
sterio.
- 11 An valeant compositiones factæ in-  
ter Religiosos, & Parochos super  
juribus parochialibus.

## C A P. X I I I .

## De quarta funerali .

**D**Ecreuit Sancta Tridentina Synodus sess. 25. de ref. cap. 13. vt quibusunque in locis iam ante annos 40. Quarta, quæ funeraliū dicatur, cathedrali, aut parochiali ecclesiæ solita esset persolui, ac postea fuerit ex quo cūq. priuilei. alijs monasterijs, Hospitalibus, aut quibusunque locis pijs concessa, eadem posthac integro iure, & eadem portione, quæ antea solebar Cathedrali, seu parochiali ecclesiæ persoluatur non obstantibus concessionibus, gratis, privilegijs etiam mari magno nuncupatis, aut alijs quibusunque.

Pro facilitiori autem intelligentia notandum est 1. quod quarta funeralis est certa honorum portio ecclesiæ parochiali debita propter ministerium sacramentorum cap. 1. de sepult. quæ quidē olim debebatur de omnibus, quæ obueniebant ratione funeris, & de omnibus legatis factis ecclesiæ etiam Regularium, ad quam quis eligebat sepulturā c. in nostra de sepult. Clem. dudum S. verum eod. tit. Syli, in ver. Canonica portio q. 9. vsu tamē, & consuetudine generali ad quartam funeralium restricta fuit Card. in d. clem. dudum S. verum Couar. in cap. fin. nu. 6. de Testam. Molin.